



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Ordo baptizandi plures siue illi eiusdem, siue diuersi sint sexus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Ordo baptizandi.

Hieron. in
cap. 55. Esai.

N. Huius vini perceptio sit tibi in salutem æternam corporis & animæ, Amen.

Deinde det baptizato candelam, si adultus sit; sin
verò infans, ipse eam teneat cum Patrino
aut obstetrice, dicens:

Gregor. Na-
zianz. in S.
lauacr.
August. in
Psal. 65.

N. Accipe lampadem ardentem, custodi baptismum tuum, vt cum venerit Dominus ad nuptias, possis occurrere ei in aula cœlesti, & viuas in sæcula sæculorum, Amen.

Ad extremum addat sacerdos.

Vade in pace ✠ vel: Pax tecum ✠, Fides tua te saluum (saluam) fecit.

Peracto baptismo eiusque cæremonijs sacerdos, si istud iam factum non sit, designet ex pluribus, qui fortè baptismo, vt susceptores adfuerunt, ac baptizatum tetigere, duos, qui in codicem pastoralem referantur, eosque officij sui, quemadmodum supra dictum fuit, admoneat.

ORDO BAPTIZANDI
plures, siue illi eiusdem, siue
diuersi sint sexus.

I.



Acerdos ad euitandam confusionem, quæ oriri potest, si plures vna actione baptizentur, sine necessaria iustæ ratione multos simul ad baptismum non leuiter admittet.

II.

Si tamen res ita postulet, primùm masculos

Ordo baptizandi plures.

35

sculos à foemellis seiungat, atque illos ad dexteram, has ad sinistram cum suis susceptoribus collocet.

Inde à singulis, 1. an baptizari velint. 2. quo nomine appellandi sint. 3. an Satanæ abrenuncient 4. an credant sigillatim inquirat, vt supra fol. 13. **III.**

In singulos etiam ter exsufflet, & cruce in fronte, & pectore obsignet, sexus tamen habens rationem. At orationes, quæ obsignationi subiectæ sunt, super omnes numero plurali pro singulari posito, pronunciet, vt supra fol. 15. **IV.**

Ita saltem vno exorcismo consecret, & singulorum ori admoueat, orationem verò super omnes mutato numero recitet, vt supra fol. 17. **V.**

Orationes & exorcismos quibus in margine adiectum est (super masculum) tantum super masculum aut masculos legat; vbi verò in margine positum (super foemellas) eas super puella aut puellis tantum dicat, numeri ratione habita. **VI.**

Adiurationem ad omnes referat, sed signum crucis singulorum frontibus dextro pollice imprimat. **VII.**

Orationem, quæ Exorcismum sequitur, item Euangelium, symbolum fidei, orationem Dominicam & Exorcismum postremum super omnes simul recitet. **VIII.**

Omnes ritus reliquos puta saliuæ, abrenunciationis, professionis fidei, sacri olei, baptismationis, chrisimatis, vestis candidæ, vini, candelæ, singulariter singulis administret. **IX.**

Benedictione & exhortatione omnibus communicationem finiat. **X.**

E 2

ORDO